

.77.

eum milites herodis. quasi contradictorē cesaris. Licet censū
dare cesari. annon? Cognita autē ihs nequicia eorū. ait. Quan
do consiliastis. quā uis auob longe ibi fuit ihs. et iā quando co
gitastis. Quid me tēptatis ypocrite? Quē non decipietis per
astuciā uestrā. Prima uirtus ē. intentionē interrogantis cog
noscere. tunc iuxta consequentiā respondere. Ut salomon.
Responde stulto iuxta stulticiā suā. ne sibi sapiens esse uideat.
Ostendite mihi nummisma census. Nummus. unus denarius ar
genteus uel ereus dr. et a nomine uocatur. quia nomina
regū in eo inprimuntur. siue ut alii uolunt. a numa princi
pe romano. qui hoc apud eos primus p̄cepit fieri. Aliquan
do inuenitur nummus p̄solido poni. Nomisma grece. latine
dicit̄ inflexio. Et hoc ostendit̄. quia cū dn̄s p̄cepit sibi exhibe
ri nomisma. illi intellegentes. obtulerunt denariū. Denarius. ē
genus nummi. quod p̄decē nummis æreis inputabatur. Et ha
bebant et de argento. et de ære. imaginē cesaris. Ualuit sine
ostensione nūmi dicere quod uolebat. conuenientius tam̄
p̄ipsū eos conuinci. Cuius ē imago hæc. et sup̄ scriptio? Si
militer sic̄ nunc inscribunt̄ de nominib; imperatorū. et figura
eius exprimebat̄. ut nullus mixturā alterius metalli aude
ret miscere. neq; aliquis despicere. ubi uidisset imaginē cæ
saris. in nullo umquā loco exp̄ssā imaginē cesaris aude
bant despicere. Dicunt ei. Cæsaris. Tyberii scilicet. quia ab
illo primo iulio qui ita uocatus ē. om̄s postea imperato
res romanorū cæsares s̄ appellati. Tunc ait illis. Reddi
te quę s̄ cæsaris cæsari. Si imago eius ē in denario. constat
quia suū erat. qui suā imaginē ibi p̄cepit fieri. Quod uos
iam p. xxx. annos soluitis. uultis ut ego p̄cipiā dimittere.

Licet censū dare ce

Quid me tēptatis ypocritae

Nummus

Nomisma

Dicunt ei. cæsaris

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Weltberstätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm14066/0277